

alata superius distinctione, faciunt dicta, per Leoncil. decis. Ferrarie 39. sub num. 4., quam distinctionem, latè explicat Cagnol. in l. contractus num. 7. de reg. juris, attamen, Farinac. dicta quasi. 111. num. 400., conatur contrariam sententiam, scilicet Judicem negligentem, facere litem suam, & teneri ad verum, & totale interesse insolidum, communio rem ostendere.

¶ 118 Limita tamen, quoad multam, vel penam, qua per sententiam Judicis veniret ad favorem fisci, aut partis imponenda, qua ob negligentiam Judicis non ferentis sententiam non imponitur, & sic nec fiscus, neque pars lucratur hanc multam, aut penam, tamen Judex licet ex sua negligentia, sit causa cur fiscus, aut pars non lucretur, non tamen ipse tenetur quidquam pro tali lucro amissio, resarcire, est communis D.D., ratio est, quia multa, & pena non debetur nisi post sententiam, unde non sequuta sententia non debetur. Videlicet est Diana p. 3. tract. 6. resol. 35. Vers. tertio, Judex, licet contrarium afferat, Azor. instit. moral. p. 3. cap. 23. ad finem, Vers. item si pena, & iterum, Diana p. 4. tract. 6. resol. 108., & p. 3. tract. 5. resol. 52. Vers. notandum.

¶ 119 Octava Pœna est, quod si negligat Judex facere justitiam, tunc non ex quasi maleficio sed ex maleficio tenetur, & sit infamis, Bassus tit. de official. corrupt. num. 12., Farinac. quasi. 111. num. 404. in fine, quia perjurus non servat jura, que servare juravit.

¶ 120 Nona Pœna est Judici arbitaria, & extra ordinem, ubi Judex negligens est in facienda justitia, in casibus non determinatis à jure, Menoch. de arbitr. Jud. cap. 341. num. 2., Alexand. in l. 4. §. in eum, num. 3. 4. 7. ff. de damno infecto, Bassus loco supra citato, licet Menoch. loco citato num. 3., & 4. describendo, qualiter Judicis arbitrij reguletur in imponenda pena Judici negligenti, dicit considerandum esse, num negligentia ex imperitia, velex dolo proveniat, sive magis in hoc casu puniatur, quam in illo, idest si per dolum, tunc condemnabitur insolidum; si vero per ignorantiam, tunc erga partem laesam condemnabitur in quantum Ju-

dex negligens condemnandus facere poterit, & quandoque etiam in minus, quam sit interesse partis laesa, ut puta si Judex condemnandus esset filius familias, qui minus habet in peculio.

¶ 121 Decima Pœna est capitalis, in quibusdam tamen casibus, de quibus Amedeus de Synd. num. 84., & Paris in locis cito per Menoch. dicto cap. 341. num. 6., & ut casus est in l. fin. C. ne Sanct. Bapt. iteretur, ubi propter criminis immanitatem delinquentibus capitalis pena infligitur, quam & incurret Judex, si neglexerit eos delinquentes punire; Secundus casus est in l. penult. C. de Paganis, ubi Judex negligens punire sacrificantes Idolis punitur pena capitii, & est speciali favore Christianæ Fidei; Tertius casus est in l. duos tabularios C. de susceptoribus Præpositis, & arcariis lib. 10., ubi primates officiorum capitali pena plectendos præcipit, si non custodiant disposita in illa lege.

¶ 122 Undecima Pœna in aliquibus casibus est pecuniaria in lege particulariter taxata, sic in l. Christianis 6. C. de Paganis, Judex negligens impedire Christianos ne derubent haëbreos pacifice, & quiete viventes, aut negligunt punire Christianos derubantes hujusmodi haëbreos, punitur in duplum ejus, quod fuerit derubatum, & in l. nemo venerandi C. de paganis, Judex negligens punire Crimen Idolatriæ, postquam delatum est in 50. auri libris fisco condemnatur, hodie tamen hoc spectat ad Inquisidores Fidei.

¶ 123 Duodecima Pœna est, quod Judices negligentes possunt excommunicatione compelli ad justitiam diligenter administrandam, c. administratores 23. quest. 5., glos. in c. cum sit generale in Versic. remissi de foro competenti, glos. in c. excommunicamus 1. §. qui autem in Versic. neglexerit, ubi, & Barbosa num. 18. de hereticis, Farinac. quest. 111. num. 416.

Quares an Judex dubius, vel de veritate facti, quod sibi non liqueat, vel de juris dispositione, debeat judicare, alioquin non judicando incurrat penas negligentia.

¶ 124 Respondeo primo, quod si dubius sit in facto, non judicans non incurrit notam, nec penas negligentia, eo quia tunc per partes stat, & non per

Judi-

Judicem, est enim onus partium probare, quod ponunt, quo casu Judex tenetur cuncta rimari, donec actio ambarum partium illuminata sit pleniter, ut dicit tex. in c. judicantem 30. q. 5.

¶ 125 Respondeo secundo, quod stante praedicta facti dubitatione, si actor dicat se probasse, quantum vult, & potest, tunc Judex debet pronunciare sententiam ad favorem rei conventi, absolvendo eum ab institis, & petitis, juxta reg. auctore non probante reus absolvitur, c. ex litteris deprobat, & faciunt scripta per Jacob. de Arena tract. depositibus §. 5. num. 2. vol. 12. tractatum, & bene notat Turecrem. in d. c. Judicantem sub n. 1. 30. quest. 5., in quo casu, cum Judex tenetur Reum absolvere ex juris dispositio- ne, sequitur, quod Judex non pronuntian- do sit negligens, & penam negligentia incurrat, quia reus vincit per non Jus actoris, l. actor C. de probat., Cavaler. decis. 630., Ver- ral. decis. 133. p. 3., Rodolfin. prax. judic. p. 3. c. 2. num. IIII., Farinac. frag. crim. p. 1. littera A. num. 26., & 30., & facit reg., quod in du- bio favendum est reo, & reo sufficit reddere dubiam probationem actoris, Leoncil. decis. Ferrar. 64. num. 51. 52.

¶ 126 Respondeo tertio, quod in dubio juris tenetur Judex ipse studio, & labore dubitatem expellere, & juris querere dispositio- nem, maximè si defaci potest certificari, Barbosa de axiomat. Juris, axiom. 278. num. 4., tenetur supplere de jure, pro ut vidimus supra, & tenetur consulere peritiore, quæ si omittat, est negligens, in articulo autem valde perplexo in paritate rationum, & autoritatū tenetur judicare favore rei, reg. cum sunt partium de reg. jur. in 6., & reg. in pari de reg. jur. in 6., Diana p. 4. tract. 3. resol. 40., Ubi vero in eo articulo sunt opiniones, tenetur sequi probabiliorem, Barbosa d. c. i. de consil. nu. 7. 8. 9., Sanchez ad Decalog. lib. 1. c. 9. num. 47., & plures allegati per Pelleg. prax. judicial. p. 2. sec. 3. sub sect. 1. nu. 43., vel saltem in dubio pronunciat non liquere, Gratian. discept. for. c. 72. num. 47.

¶ 127 Et tandem monitum volo, quod Judex negligens multoties dari permittitur à domino Deo in penam peccatorum Populi, quod ex sacris litteris comprobat D. Hieronymus, relatus in c. andacter 8. q. 1., & facit illud, Job. 27., Qui facit regnare hypocritam propter peccata Populi.

¶ 128 Nec tamen propter hoc excusatur negligens Judex quasi populi delictis imputetur, sed qualis se habent, judicabuntur, l. rem non novam C. de judiciis, & c. ex eo de pœnit. & remissi.

Utrum Judex Laicus possit supplere negligentiam Judicis Ecclesiastici, puniendo Clericos, vel causas spirituales cognoscendo.

¶ 129 Respondeo, non posse tex. apertus in cap. qualiter, & quando de Judic., & in hoc articulo videnda sunt allegata, per Diana p. 4 tract. 1. resol. 8., ubi oppositam sententiam, meritò falsissimam dicit sacris canonibus, atque Ecclesiastice libertati adversantem, firmat doctissimus Sperellus decis. 8. num. 53., & decis. 126. num. 48., & seqq., apud quos videre poteris ad facietatem veritatem responsonis, unde diutius non Imoror, & suis examinavi in prima parte.

Non omittendum existimavi, quod notat Sperellus decis. 18. num. 12. post Aufer., & Boer. decis. 303. num. 12., nempe quod Judex negligens, & morosus in remittendo Clericū Episcopo suo repetenti, vel Reum appellantem ad Judicem appellationis, quando pro remissione instatur, tenetur postea propriis expensis remissionem facere, maximè ubi Reus non haberet unde expensas solvere.

¶ 130 In casibus in quibus inter diversos foros, est locus præventioni, si unus Judex puta laicus prævenit, deinde dolosè, vel negligentia se gereret in causa, puta non procedendo usque ad sententiam, vel non puniendo reum, tunc ob ejus negligentiam poterit Judex præventus procedere, & reum punire, non obstante, quod fuerit præventus, bonus tex. in c. cum plures, ibi, aut si nollet, vel malitiosè in eo procedere recusaret, de officio de leg. in 6., Ancharan. conf. 169. nu. 12., & seqq., Bajard. ad Clarum §. fin. quest. 37. num. 4., & post alios, Guazin. ad defensam reorum defens. 1. c. 10. num. 26.

¶ 131 Tandem notat Clarus §. fin. pract. crim. q. 73. num. 5. Vers. (scias tamen) quod hodie Judices, & Officiales non sindicantur de Negligentia, quod tamen intelligit de culpa levi, & levissima, non vero de culpa lata, Bajard. in addit. ad Clarum d. quest. 73. nu. 32 in Vers. item. Judex, & num. 36. Vers. debent ergo officiales.

¶ 132 Deberent Judices in hac Civitate Ferrarie mandare, ut appellantes jurarent, se non

non dolo, nec calumnia appellare, sed ideo appellasse, quia credant justam sovorem causam, ut in Rubrica 65. nostri Statuti decer- nitur; Verum hodie generaliter id omittitur, quæ omisso, & negligentia esset cul- pabilis, nisi communis usus excusaret, & certò prudens, & æqua fuit Statuti disposi- tio, ut multoties, qui succubuit, non appellaret, aut perjurii reatum, aut poenam timeret, quod cayetur etiam de iure cano- nico, in c. in appellationis de Juramento calum- niae, Borell. in summa decis. tit. 59. de litis con- test. num. 20.

133 Interposita appellatione à parte, quæ succubuit in Judicio, si petantur apostoli, tenetur Judex respondere pro eius in ter- mino triginta dierum, alias negligens est, & culpatur ad allegata per Scacciam de appelle- lat. quæst. 13. artic. 5. num. 42. juxta tex. in c. 1. & c. ut super de appellat. in 6., & data tali ne- gligentia si Judex vellet ulterius procedere, nulliter procedit, idem Scaccia. num. 9. 1.

134 Si quis habeat privatos carceres, & Judex omnino negligat lœsam majestatem in eo vendicare, cum sit prohibitum, in l. 1. C. de priv. carc., ipse Judex fit reus lœse maje- statis ex eadem lege, & adnotat. Scanaro- lus tract. de visit. carcer. lib. 1. c. 2. num. 18.

135 Non contemnda est difficultas, utrum licet dare munera cuiuscunq; generis Ju- dici negligent, ut expedit causam, & si pars quæ sperat sibi favorabilem futuram sententiam, & videt Judicem negligentem, ac nimis protrahentem causæ expeditionem ei donet an possit donata repetere, & parte non repetente, an Judex possit in conscientia donata refinere, vel potius tenetur ea restituere, vel si dans sit in culpa, teneatur dare pauperibus; dixi munera cuiuscum- que generis, scilicet, vel in esculentis, & poculentis consistant, vel in rebus parvi, aut magni valoris, vel in pecunia, aut au- rō, aut argento, ut sunt vase aurea, & ar- gentea, vel in suppellectilibus pretiosis, vel in mediatione apud Regem, ut officia, gra- dus, & dignitates, tam profanas, quam sacras consequatur &c.

Difficultatem facit tex. in c. Non sane 14. q. 5., ibi, sed non ideo debet Judex vendere justū judicium, quia vendit Advocatus justum patrocinium, juris peritus verū consiliū, illi enim inter utrumque partem ad examen adhibentur, isti ex una parte consistunt.

In hoc ergo articulo videretur decisio colligen- da, ex tex. in auth. ut litigantes jurent in exor- dio litis circa principium collat. 9., ubi, quod dans munera præsumitur dare ad corrum- pendum Judicem, & licet non habeat hanc mentem tamen semper prohibitum est propter periculum corruptionis, quod pericu- lum, & occasio corruptionis fuit causa fina- lis prohibitionis, quæ postmodum etiā Sta- tutaris constitutionibus, & Bullis Pontifi- ciis innovatum est, hinc est quod in l. cum te- C. de condic. ob turpem causam, dicitur, quod dans corrumpere videtur, & quod impera- tor constituit eū litem perdere; Hinc enim deducunt D.D., quod dans crimen comit- tat, & nequeat datum repetere, sed cum etiam Judex ob turpem causam recipiat, ne- queat retinere, sed vel pauperibus erogan- dum, vel fisco applicandum erit; hinc pa- riter Alexander, & Iason. in dicta lege cum te- dicunt, quod datum abeo qui justissimam sovet causam, ut Judex celeriter judicet, quod propriè importat causam tollendæ ne- gligentia, ita desperdiā dante, ut eam cau- sam perdat in poenam, quod latius exami- nat Covarruvias in reg. Peccatum §. 3. sub n. 1. Qui ad tex. in l. quoties C. de condic. ob turpem causam, ubi, quod turpiter datum ex par- te accipientis, non autem ex parte dantis, ut verificatur in nostro articulo, repetitur, dicit, etiā ex parte dantis verificari turpitu- do a lege præsumpta, scilicet corrumpendi- animus.

136 At Articulus solvendus est, juxta Constat. 19. Alex. VII. incipien. inter gravissimos. §. 8. V. quinimum; ubi expresse prohibetur tam Li- litiganti habenti justam causam, dare mune- ra Judici moroso, etiam sub prætextu redi- mendii injustam vexationem, quam Judici illa recipere.

137 Quod si per negligentiam Judicis ad Cri- minalia, propter scilicet Justitiam non ad- ministratam carceratus moriatur, an Judex aliqua poena esset puniendus, & certò intrat dispositio legis, Si quos Judices C. de officio Praef. Pret. Orient., Beroi decis. 153. num. 20., nempe quod esset ab officio deponendum, vel posset dari, quod tanta fuisset negligentia, quæ dolum involuerit, unde pena arbitra- ria, vel etiam capitalis esset puniendus, Me- noch. de Arbitr. Jud. casu 341. num. 5. & 6.

138 D Iebus elapsis captus fuit a Biruariis Curia generalis hujus Civitatis Ferrarie quidam, qui contra ban- nimenta Sal exterum secum in hoc Territo- rium asportabat, in carcere positus fuit, & statim insurrexit, quæstio inter D. Locum- tenentē Criminalē ex una, & D. Audi- torem Eminentissimi D. Card. Legati, ut i Assessorem, & Judicem electum a D. Ga- bellario generali, & confirmatum speciali deputatione cum clausula (privativè quoad alios) ab Illustrissimo, & Reverendissimo D. Thesaurario Generali de Urbe, ad om- nes causas Civiles, & Criminalē ad Gabel- lam Cameralem spectates; vel ei adnexas, dependentes, connexas (parte ex altera) ad quem eorum spectaret cognoscere hanc cau- sam, & reum condemnare, & nè quis eo- rum notam negligentia incurreret, multo studio, & diligentia instabat unusquisque apud Eminentissimum Legatum pro se pro- nuntiari, qui volens se, cum suis ministris ostendere indiferentem, causam de consen- su, & ad electionem partium, mihi com- misit decidendam, prout de Jure, nullo ser- vato Juris ordine, sed sola facti veritate in- specta, quam provinciam non prompto ani- mo suscepit, urgente tamen instantia, im- mō mandato ejusdem Eminentissimi, partes pluries audivi Voce, & scriptis informan- tes.

Pro D. Locumtenente Criminali dicebatur il- lum esse Judicem Ordinarium, & Genera- lem omniū, & quorūcumq; delictorū in hac Provincia commissorum, se prævenisse in captura, afferebant Edicta Eminentissi- morum Legatorum de hujusmodi contra- bandis in causa Salis, pluries edita, ex qui- bus constat hujusmodi delicta ad Eminentissimum Legatum spectare, & conse- quenter ad se, tamquam ejusdem Locumtenen- tem.

Pro parte D. Auditoris Assessoris, & Judicis Gabellarum, afferebatur se esse Judicem de- legatum privativè, quoad quoscumque alios, etiam ordinarios in omnibus, & quibuscū- que causis tam Civilibus, quam Criminali- bus, ubi violatur Gabella, & Baniamenta, etiam in specie Salis, & quod clausula pri- lavit, reddebat D. Locumtenentem inha- bilem, & incompetentem ad has causas vio-

latae Gabellæ, & consequenter ei non posse prodesse præventionem, quæ solum potest habere locum inter Judices competentes, cap. cum omnes de officio Jud. deleg., I. si quis po- sita quamff. de Judic.

Et ad ostendendum se esse in possessione, vel quasi cognoscendi hujusmodi causas, per Notarium Gabellarii mihi oblati fuerunt plures processus, in quibus constabat, As- sessorem Gabellæ semper Judicasse privati- vè, quoad alios quoscumque Judices in con- trabandis Salis, tamquam in delictis fre- quentioribus, neque de rigore posse allegari per D. Locumtenentē præventionem, quia biruarii erant communiter in servitio utrius- que fori, nempe tam pro curia generali, quam pro foro Gabellæ, & semper consue- visse per tales biruarios fieri capturas, con- signari reos in communibus carceribus, cau- sas tamen Judicari ab Assessore Gabellæ; Neque Edicta Eminentissimorum Legato- rum obstare, quia ea edebantur ad tuenda Jura Cameralia Gabellæ, in executione mandatorum de Urbe.

Consideratis omnibus, ac pluribus informa- tionibus ad factum spectantibus diligenter, & exactissime perquisitis, fui in Vo- to cognitionem causæ de qua erat quæstio, dividendam esse, & pro una parte ad D. Assessorem Gabellæ spectavisse, & spectare, pro alia parte spectare ad D. Locumte- nentem.

Fundamentum autem fuit, quia Gabella Sa- lis consistit in quinque quadrantibus, pro unaquaque libra Salis, ex quibus tres exigū- tur ad favorem Cameræ, quæ Jura sua lo- cavit, & appaltavit in generali contractu locationis Gabellarum. Conductor generali illarum, pro qua Conductor solvit annua- tim Rever. Cameræ Apostolicæ in Urbe scu- ta 6713., & bajochos 40., ut constat ex cap. 135. inserto in instrumento cum Rever. Ca- meræ innito in locatione generali omnium Gabellarum; Violatio ergo istius Gabellæ Cameralis spectat per necesse ad Assessore, & Judicem Gabellæ, ita ut per clausulam in delegatione Assessoris de concessione Pa- pæ privativè &c. positam, nullus alius Ju- dex possit in ea manus apponere.

Duo autem reliqui quadrantes sunt, pro alia Gabella imposita a Summo Pontifice Cle- mente VIII., de Anno 1602. sub die 14. Augusti ad favorem Communitatis Fer- rariae,